BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO

UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia

FONDAZIONE CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

CALFURNIO GIOVANNI, *Mors et apotheosis Simonis infantis novi martyris*, Trento, Giovanni Leonardo Longo, 1481.

Esemplare digitalizzato:
Trento, Biblioteca comunale, G 1 e 42

LINK: https://bdt.bibcom.trento.it/1

BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA
progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*

COMUNE DI TRENTO

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro ("Bando Archivi 2014"), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell'Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l'University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All'interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l'Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (http://bdt.bibcom.trento.it/).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell'edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation ("Bando Archivi 2014"), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (http://bdt.bibcom.trento.it/).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

Inc. H. 566 1/2
BIBLIOTECA COMUNALE TRENTO
VII 85

Inc. N° 566

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

G
1
e
42

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO

*ex libris*

566

Calphurnii poetę Brix: mors: ⁊ apotheoſis Simonis infantię noui martiris: ad Johãnẽ Inderbacchiũ põtificẽ tridentinũ ⁊ dominum prętantiſſimum.:

Ir ſacer: ⁊ noſtro prĩceps memorabilis ęuo:
Cui p̃clara dedit uirtus moderamina iuſti
Impii: ⁊ populos rexiſſe ex ordine plures
Et fidei uixiſſe decus uenerabile: quod non
Conticeat preſens: nec poſtera deleat ętas:
En ego primitias uates tibi defero: fas ſit
Te nugas cepiſſe meas: q̃ pectote paruo
Inſurgunt: ſat erit magnum uoluiſſe laborem
Suſcipere: atq; animum magno ſub pondere vinci:
Non mea muſa tamen laudes ęquare canendo
Contendat: nec ſi faueat mihi doctus apollo:
Quis tibi par: magni moueat niſi plectra maronis
Meonidę q; ſacri: nam te quem noſtra minorem
Non tulerit priſcis ętas celebrare laboret
Antiquum quiſquis uates imitatur acumen
Quid primum memorem: ſuperos aſtrea reliquit
Te regnante iterum terris uictura libenter/
Nam te non fugiunt clari precepta ſolonis.
Debita qui meritis perſoluas pręmia: pœnis
Afficias ſontes iuſtò moderamine rerum
Quis pauper queritur leges ⁊ iura reſolui:
Adice q̄ uatum mecœnas ſolus haberi
Nunc poſſis: in quo ſtudiorum ſumma relicta eſt:
Et ſpes tota ſedet latiis excluſa tyrannis
Qui non pieridum: ſed numina grandis acerui
Nũmorum obſeruant: heu mẽdicare poete
Cogimur/ ⁊ raris iuuat impaleſcere chartis
Nunc ubi priſca ętas: doctis non pręmia dantur
Uatibus: utq; olim cum totus paruit orbis
Roma tibi. haut magnos carmen ſortitur honores:
Sed reuocas q̃tum potes Inderbacchię muſas



BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO

Nec pateris torpere uiros: precordia quorum
Numē apollineum doctus ſpirantia cernis.
Quis tibi collatus prīceps non ceſſerit: & te
Inferior quo non decedat iudice uictus:
Nulli nota magis tibi q̄ pernaſia rupes/
Neq; magis nemo uera pietate collendus:
Quo tibi q̄ paret pyliam gens lęta ſenectam
Cumei q; annos te uiuere pulueris optat
Non formidaris: miro ſed honore uerendus
Occurris: te nulla poteſt flexiſſe uoluptas
Integer: & conſtans ullo non tangeris auri
Ardore. ad q; oculis potuit non gēma coruſcans
Perplacuiſſe tuis: quo diuus: et ęthere lapſus
Crederis: et tecum pax ſūma enata uidetur
Comis es: & ſumma ſemper grauitate probandus:
Effigiem imperii xenophon q̄ rectius olim
Finxiſſet iuſti: ſi tunc te fata tuliſſent.
Sponte ſua claros nulloq; monente penates
Intraſſet: clario uel ſe ſine numine ueri
Eterno optaſſet tibi iungi fœdere amoris.
Cōmoda reſpectas hominum. nec cuncta reponis
Utilitate tua: magno non ęre premuntur
Qui tua iura colunt: nuſq̄ quoq; uiſa moueri
Seditio: patuere aures: atq; atria ſemper
Omnibus: et faciles aditus das ſępe querelis:
Et niſi quod poſſit iuſtum decernis haberi:
Ut ve feras falſo nullius gratia tangit
Juditium: proh quanta tuę conſtantia mentis.
Deſinat alcinoum tellus phęacia tantum
Efferre: et priſco iam non memorentur ab ęuo
Plurima quę docti fingunt mendatia vates:
Sed licet hęc fuerint: ueroq; minora ferantur
Non tibi par: namq; ille uagum ſuſcepit ulyſſem
Tu cunctos miſera qui paupertate premuntur:

Hoſpitioq; foues rerum quos cernis egenos
Actica ſi quondam dominum te terra tuliſſet
Non ſarde:aut croeſi claro memoranda ſoloni
Regia uiſa foret:cilicum quo uenit ad agros
Tempore:non ueneris cyprum:boſtia nili
Luſtraſſet:doctas potius coluiſſet athenas.
Uiuat pellei cinicus contemptor alumni:
Tecum erit:atq; uolet tectis habitare ſub hiſdem
Et regere imperium diſcet te hortante magiſtro
Quid loquar ut cunctis tua ſit prudentia rebus:
Qui memor exacti:q̃ mox uentura trahantur
Proſpicis:7 ſumma quod adeſt ratione gubernas:
Cur totiens iacet ſapientes grecia ſeptem
Si tu conſpiceris:taceat mileſia tellus
Nec ferat in celum preconia magna thaletis
Non leſbos:nec terra mihi ſalaminos alumnum
Amplius oſtentet:non ſparte:aut lyndia tellus
Queq; bianta tulit:ſileat ſimul alta corynthos:
Quis tantas animi dotes non carmine donet.
Aut ſi non poſſit tantum miretur.ut illas
Crediderit non poſſe homini contingere ſoli
Tu fidei exemplum noſtre memorabile:et idem
Religionis honor:quo premonſtrante pudorem
Curia ſuſcipiat mores romana ſeueros:
Quid magis eſt cultum templis ubi ſacra frequentes:
Aut ubi plura hominum uota exoluuntur ad aras.
Non ſub rege numa coluit ſic romula plebes
Diuinos ritus:q̃uis is ualle ſub ima
Fingeret eſſe deam:cum qua congreſſus utrinq;
Nocturni fierent:tu diuus 7 integer almam
Uirtutem oſtendens ſola es pietate uerendus:
At quis meonio ſatis explicet ore colendas
Juſtitie uires:poenas aut crimine tanto
Enumeret dignas:quas gens iudea coacta eſt



BIBLIOTECA DELLA CITTÀ DI TRENTO

Perſoluiſſe tibi:⁊ merito:nam perſida nuper
Auſa nefas quantum non ſęcula priſca tulerunt:
Aut noſtro factum nuſq̄ꝫ memoratur in ęuo
Vos o mortales uero qui pectore criſtum|
Excolitis:placeat ueſtro cur ſanguine paſci
Judęam gentem.cui mos:ut barbara quondam
Natio conſueuit latia dum lege repreſſa eſt
Stat mactare aliquem:diro de hinc pane repleri
Noſter ubi admixtus ſanguis:quo corpus odorem
Deponat tetrum:quid ſi dominentur:⁊ in nos
Imperium teneant:ſcelus eſt non perdere gentem:
Atqꝫ e uita hominum non extruſiſſe nefandam.
Namqꝫ dies aderat nobis:qua ſacra quotannis
Atqꝫ reſurgentis domini ſolemnia fiunt
Et lux martis erat:ſubito ſamuelis ad ędes
Iudei properant:quibus ii poſuere ſacellum:
Scilicet ut ſolito ſpectarent more iuuencum
Qui leuigi fuerat nuper deuectus ab agris.
Inter ſe uario ſed dum ſermone uolutant
Plurima:tuuc falſi qui nominis angelus eſſet
Incipit effari:nobis ut cuncta ſuperſunt
Ad ſolemne ſacrum:feſtęqꝫ adfercula cenę
Deficere his unum doleo:nec plura locutus
Cętera turba atrox/uocem percepit in illum
Lumina coniectans:cędem quod poſceret atram
Sanguinis humani:ſic fœdere uictima triſtis
Ludibriro criſti:⁊ facinus proh grande paratur.
Delegere locum:fœdi placuere penates
Illi ubi conſtiterant:poſt hęc contentio ſurgit
Qua ratione queant infantem ab ducere:qui mas:
Eſſet at in uariis donec ſententia verbis
Quęritur:ex templo blanda ſic uoce locutus
Eſt ſeruum ſamuel:age lazare noſtra uoluptas
Criſticolam infantem nobis en ſuripe:centum

Aurcoli precium: uerum is diſcrimine tantō
Abnuit: ⁊ pauida ſtupefactus mente tridenti
Sarcinulis lectis ſedes ⁊ tecta refugit
Hinc tobię mandatā oneris prouintia: noſtrę.
Uſus erat multum qūi conſuetudine gentis:
Horrendum hic poſita ſubiit mercede periclum
Egrediturqꝫ foras: paſſuqꝫ incedit incerti
Cuncta oculis luſtrans: ſolusqꝫ perambulat vrbem
Si quis forte infans cara ſine matrę vagetur
Nec comitatus eat: ſꝫ ſors ſit ut improba ſemper
Hinc dignoſce: homini pręſto q̄ꝫ occurit: agendum
Eſt quotiens dirum facinus genitoris ad ędes
Ecce marem aſpexit nullo obſeruante ſedentem
Qui phoebi nundum ternos expleuerat orbes
Cuius erat pulchra uiſum nihil indole maius
Huic placide arridens digitum porrexit: ęt intra
Perduxit miſeros blando ſermnne penates
Gaudia quis fando: quis promat carmine uates
Que gens dira tulit: ſiccis nam faucibus illum
Non ſecus aſpexit. tigris uelut orbe repertam
Hircano lacerat predam catuliſqꝫ relinquit.
Illico concurſu trepido petiere ſacellum.
Implentes totas diris ululatibus ędes.
Nec potuere moras optati ferre cruoris.
Interea genitor maria cum matre uagatur
Andreas meſtis perluſtrans planctibus vrbem
Exploratqꝫ gemens ſi fors ueſtigia nati
Occurrant. aditus omnes: ⁊ compita luſtrat:
Aſtitit hos circum puerilis turba frequenti
Concurſu: ⁊ natum diuino ex ore monebat
Eſſe apud ebręos. quo mactaretur ad aras
Cumqꝫ hominum ſuſpenſa foret mens: factus in illos
Impetus: ac ſubito ni ſera crepuſcula noctem
Traxiſſent: totas flagraſſent ignibus ędes:

Sed rediere domum iam merſo ſole parentes
Fata expectantes lucis peiora futurę
Et iam tempus erat noctis quo cuncta quieſcunt
Ueſtibulum ingreditur templi:ventura furore
Qui falſo moſes ſenio uergente canebat
Excipit ⁊ genibus puerum:qui uictima triſtis
Deprenſus ſtat ut agna lupi cum dentibus hęſit
Cetera turba ferox ueſtes ſuccincta cucurit
Fibula quas lateri uinxit:maniciſqꝫ reductis
Nudauit fœdos media plus parte lacertos:
Et crura ad ſuras:duris cruciatibus olim
Sic criſte occumbis:pateris cur optime rector
Tanta in te fieri genus hoc quin fulmine perdas
Heu quis non gemitus fundet cui fata legentur
Hec dura infantis:ſamuel properauit:⁊ illi
Quod zonę euinctum perſtrinxit guttura uelo
Ille manus:ſacrum caput hic:atqꝫ ora repreſſit:
Edere ne triſtes uagitus poſſet:at enſe
Quam primum moſes pręputia ſumma nefando
Perforat:⁊ malę fruſtum conuellere dextrę
Forcipe feſtinans nitido cratere reponit
Colligitur ſanguis:tenero de corpore partem
Quiſqꝫ ſecat:donec uiſum eſt excedere uulnus
Orbem oui:manibus pueri ſępe oſcula claudunt
Si ſtrepere aditur:culpe ſeuiſſimus auctor
Ecce iterum moſes dextro de crure trementem
Execat:⁊ uiuo lacerat cum ſanguine pulpam
Hic una ⁊ ſamuel diſtendunt brachia:duram
Inqꝫ crucem tollunt:laceratum corpus acuta
Quiſquis pungit acu:ne pars ſincera ſuperſit
Pręterea incriſtum tot uerba obſcena:tot inter
Uulnera contemptus:dira nam uoce precantur
Sic hoſtes noſtri pereant:ſic perdite criſtum.
Has inter pœnas tanta:⁊ ludibria:feſſos

Erigit ille oculos: ſuſpectat ſidera: teſtes
Implorat ſupos: laceri iaꝫ corporis artus
Deficiunt: humeriſqꝫ caput decliue recumbit
Lingua cadit: moritur facies: ⁊ ſpiritus exit.
Qui poſtq̄ꝫ ętbereos felix uolitauit ad axes
Ecce iterum quamto plauſu: ⁊ clamore per ędes
Inſultant: aut hos tenuit q̄ꝫ magna uoluptas
Nanqꝫ: ſuper celſi tranſcurrunt culmina tecti:
Oraqꝫ: uel geminas tollunt ad ſidera palmas
Atqꝫ deo inumeras referunt pro crimine grates
Quod ſacrum obtulerint ſolemne infante per empto
Protinus ad lautę deſcendunt fercula coenę
Occultumqꝫ cados ſubter poſuere cadauer
Quod pius antiſtes totam luſtrarier urbem
Iuſſiſſet: ſceleris magna hos formido tenebat
Quod iam ſuſpecti populo atqꝫ parentibus eſſent
Septima lux aderat menſa poſuere cadauer
Et ſacros cecinere hymnos: quis rite peractis
Occultant iterum trepidi: nec gaudia ponunt
Ecce diem titan ſidis mortalibus almam
Extulerat iubare ex orto: qua chriſte reſurgis
Queritur ex uariis melior ſententia uerbis
Quicquid agāt: cum iam crimine uix poſſe uiderent
Ulterius condi: ſuſpectiqꝫ omnibus eſſent:
Hoc unum placuit corpus cum ueſte recinctum
Flumine ſubmergi ſubter quod labitur ędes
Mitti ad pontifficem ductum qui perferat undis
Infantem extinctum: ſed non potuiſſe relabi
Exceptum ferri clauſtris: it nuntius: illi
Hec mandata refert: ſubito inderbacchius heros
Aſſurgit magna comitum ſtipante caterua
Corporeqꝫ inuento pueri perſpecta notauit
Uulnera: ſenſit enim fraudem: iuſſitqꝫ catenis
Iudęos tetro precludi carcere uinctos.

Qui meritas paſſi poenas: nanqꝫ igne cremari
Hos uoluit populi tractos ante ora per urbem
At ſacer ille ſimon petri ſtat in ęde repoſtus
Integer: ⁊ nullo uitiatur tempore corpus.
Plurima quod diuo fundit miracula nutu
Lumina reſtituit cęcis: rectumqꝫ roganti
Dat clauдо in greſſum: ſurdiqꝫ audita loquuntur
I. nunc ⁊ dubita chriſtum gens perfida uotis
Excoluiſſe piis: potuit q̄ꝫ ſigna dediſſe
Certa magis fidei: non credis: crimina cauſam:
Dant ut non uideas: nec poſſint iſta probari.
Sunt quoqꝫ pieridum qui uix a fonte reuerſi
Hac in parte meum carmen damnare uidentur
Quod magis ingenium deceat conſumere nugis
Sed ſat erit ſacer antiſtes ſi noſtra probabis
Franciſcuſqꝫ tronę celeberima gloria gentis.
Finibus extremis qui nunc dat iura tridenti
Et mihi mecoenas omni uirtute probandus
Quiqꝫ tuas uero laudes narrauerit ore
Impulit hęc chartis mandarem. ſuſcipe uultu
Tu modo peccato donec maiora dabuntur.
:Finis:

Elegia calphurnii poetę brix: Ad franciſcum tronum patricium
uenetum clariſſimum ⁊ mecoenatem ſuum.

Ibis ad extremos fines franciſce tridenti
Ibis ego in ueneta dum moror urbe tuus:
Huc ubi uera tenet rippę cognomina tellus:
Crebraqꝫ bęnaci perſonat vnda lacus:
Heu qualis pietas: animi q̄ꝫ rara modeſti
Simplicitas: quis honor nobilitatis abit:
Fęlices illi qui te rectore fruentur:
Quęqꝫ uno dederis iura tenere ferent:
Dignus eras maiore gradu qui dantur honorum
Spectetur uirtus ſi tua nota magis:

Plurima ſed demunt anni ſuffragia: nundum
Triginta excedis: ſi magis: ad de duos:
Queqꝫ tamen ſenibus tranctantur pondera rerum
Quam bene ſunt ducta ſepę peracta tuo
Bis iulea tui ſenſerunt oppida uires
Conſilii: ⁊ populus tutus ab hoſte fuit.
Ad de oppitergiues ciues quos rexeris olim
Pene puer: de quo grandius omen erat:
Et famę maioris opus: iamqꝫ urbis honores
Prętereo uenerę: quis neget aſtra poli?
Queqꝫ magiſtratus iuuem dat iura ſenatus
Poſcere ſi libuit nulla repulſa data eſt.
Hęc tibi ſorte dari potuit tunc dicere nemo.
Tanta erat ad partes ordine turbe tuas:
Quo bene ſentit ſummis te laudibus effert,
Si quiſquam indoluit perdidit inde fidem
His morum accedit grauitas: conſtancia mentis:
Quodqꝫ uno poſſis eſſe catone prior:
Cum tibi ſit ſemper meus ſobria pectore ſano:
Fortius ⁊ poſſes qui mala cuncta pati:
Si magnus fato cęſar reuocetur ab vmbris/
Et redeat toto uictor ab hoſte ferox:
Non animum perdes. nec te ſeruire putabis
Libertas pereat: pectore liber eris.
Spernis opes ⁊ quod toto ſit in orbe caducum/
Et rude quę vulgus ſemper habenda putat.
Nanqꝫ facis magni ſolos uirtutis honores
Quod partum eſt claris artibus omne iuuat:
Quid referam ut ſtudiis mens ſit tua dedita phoebi/
Et muſas magni quam ciceronis ames
Sic a te docto colitur ſtudioſa iuuentus
Ut ſemper pręſtes ſi petat ullus opem
Ut ſis mecoenas auguſtum ſecula pręſtent
A quo prędiues grandia regna petas:

Tu tamen es grauior: luxu non tangeris ullo/
Utqꝫ illum non te coccina rara iuuant.
Carmine quo referam: quam ſit concordia fratris
Uictoris tecum: quis ſociatus amor.
Quis non te aut illum polucem ⁊ caſtora credat/
Turba tibi fratrum ſit proculeius eris:
Non poterat natura ullos effingere qui ſic
Moribus: atqꝫ pares ſimplicitate forent.
Hic animo ⁊ forma pręſtans ⁊ mente fidelis:
Te nemo in uerbis uerior eſſe quęat.
Utqꝫ tui mores grauitaſqꝫ ut digna catone
Nil niſi ſocraticum detulit ore tibi:
Id quod turpe fugis. ſcopulos ut nauita ſolers
Siquis amat uitium non placet inde tibi.
Quod cum maiorum ſola uirtute probetur
Sanguis. erit cuiuis clarior uſqꝫ tronus.
Qui traxiſſe polo cognomina clara uidetur
Quęm ſuperis dignum iam facis eſſe magis.
Sic iluſtre dedit uicta carthagine nomen
Scipio. ſic dictus nobilitaſſe domum:
Cui par eſſe potes poenum ſi demis: ⁊ arces
Deuictas: noſtro tempore bella iacent:
Hunc uno ſuperas: uictorem rama quod illum
Dederit: omnis amat te: colit: atqꝫ fauet:
Tu iuuenis pręgreſſus auos. quam tarda ſenectus
Non aliis dederit nomina magna tenes:
Quod ſi facta dabunt te: ut ſpero: uiuere canum:
Quantus eris: quanto dignus honore ſenes.
Uade bonis auibus: feſtinas: uade: tuiqꝫ
Calphurnii infixum pectore nomen habe:
Me cito. ſi dabitur forſan tua ripa uidedit
Te ut noſtrum poſſim uiſere dulce decus.

:UALE::. AD LIBRUM.

I liber ex templo pro me quo parue iuberis

Si quęris quid agas accipe iuſſa breui:
Diſcedens ueneta properabis ab urbe tridentum
Sed prius eſt ripę terra petenda tibi:
Cui dat iura tronę franciſcus gloria gentis
Hunc ſaluere iube. ſit procul inde pudor:
Protinus agnoſcęt prudens: tibiqꝫ oſcula lętus
Calphurni lecto nomine multa dabit
Te leget: hincqꝫ uię comitem pręſtabit amandum
Quo duce pontificis regia tecta petes:
Non grauitas moueat vultus ſpectata uerendi:
Dum genibus flexis hunc uenerarís humi:
Mitior hoc nemo eſt: nec qui magne pectore toto
Et phoebi: ⁊ uatum carmina docta colat:
Qui dum te excipiet nomen ſi forte rogabit
Auctoris: titulo dic legat ille tui:
Me comendatum facias ⁊ protinus illi
Carmine ſi non es: mente diſertus eris:
I liber: ecce uocat qui te uult ferre uiator
Reſponſum ſaltem per breue redde mihi:

Finis:

Diuo ſimoni martiri tridentino inocentiſſimo: Raphael romeus: his ter poeta laureatus dedicauit.

Dic age ſancte puer chriſti inocentis imago
Judeis medio quid tibi cordis erat.
Quippe loqui obductum collo diadema uetabat
Et pręter mama dicere quid poteras:
Quid poteras miſerande puer/dic cuius more
Tunc ⁊ mr̃m gutulla lactis erat
Carnifices uerpos orabas lumine tantum
Lumine quo tigris mota uel orba foret
Aſt illi contra lamabant forcipe corpus
Multaqꝫ tranſcerebrum tranſcorpus ibrie acus:
Infermentatis miſcet qui uina placentis

Jam tuus imbuerat plurima uaſa cruor
Commicis ad ſuperas occulos ardentius arces:
Quo fugit angelicis umbra beata coris
Unde pręcor te ſancte ſimon noua gloria noſtrę
Et robur fidei ſolqꝫ trigentigenis
Hic tibi ſit curę meus binderbachius heros
Qui nuper tuam uindicat iniuriam
Imperfides hoſtes fidei trucesqꝫ iudeos:
Qui innocue necis cauſa fuere tue
Et ſi fas miſeris eſt te prębere patronum
Uatibus excipias quęſo iouenzonium.

Eiuſdem.

Obductis tenebris occulos iam morte propinqua
Bartholomęa tuus flebat uterqꝫ parens:
Jam locus optatus tumulo iam carmen habebas
Parua licet: cordis maxima cura mei
Concepto mirum nobis es reddita uoto
Quod tibi nunc ſolui ſancte patrone ſimon:
Crudeles poſtq̃ ſenſiſti infantule cultros
Inqꝫ tuo lota eſt ſanguine uerpa manus
Arſit amans animus uenerandum uiſere corpus
Hancqꝫ tuis lacrimam fundere uulneribus
At ueni tandem uoto ſupplexqꝫ ſepulchrum
Membraqꝫ cnm flauis cerno iacere comis
Quę fera tam duris laniauit morſibus artus
Lactantes artus; quę fera quę feritas
Victima ſancta dei manibus mandata propbanis
Accipe cum lacrymis oſcula noſtra ſimon:

Finis.

:Z L.:

BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO
p / 16072

TRENTO

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO
G
1
e
42

Calphurnii poete Brix:mors:ꝛ apotheoſis Simo
noui martiris:ad Johãnez Jnderbacchiũ põtificez
ꝛ dominum preſtantiſſimum.:

Jr ſacer:ꝛ noſtro prĩceps memo
Cui p̄clara dedit uirtus modera
Impii:ꝛ populos rexiſſe ex ordi
Et fidei uixiſſe decus uenerabil
Conticeat preſens:nec poſtera
En ego primitias uates tibi de
Te nugas cepiſſe meas:q̃z pectore paruo
Inſurgunt:ſat erit magnum uoluiſſe laborem
Suſcipere:atq; animum magno ſub pondere uinci
Non mea muſa tamen laudes equare canendo
Contendat:nec ſi faueat mihi doctus apollo:
Quis tibi par:magni moueat niſi plectra maronis
Meonide q̃z ſacri:nam te quem noſtra minorem
Non tulerit priſcis etas celebrare laboret
Antiquum quiſquis uates imitatur acumen
Quid primum memorem:ſuperos aſtrea reliquit
Te regnante iterum terris uictura libenter/
Nam te non fugiunt clari precepta ſolonis.
Debita qui meritis perſoluas premia:pœnis
Afficias ſontes iuſtò moderamine rerum
Quis pauper queritur leges ꝛ iura reſolui:
Adice ꝙ uatum mecœnas ſolus haberi
Nunc poſſis:in quo ſtudiorum ſumma relicta eſt:
Et ſpes tota ſedet latiis excluſa tyrannis
Qui non pieridum:ſed numina grandis acerui
Nũmorum obſeruant:heu mẽdicare poete
Cogimur/ꝛ raris iuuat impaleſcere chartis
Nunc ubi priſca etas:doctis non premia dantur
Uatibus:utq; olim cum totus paruit orbis
Roma tibi.haut magnos carmen ſortitur honores:
Sed reuocas q̃stum potes Jnderbacchie muſas

BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO